


IG

DB



B dd 5

LIBER ACADEMICVS.

Cuius

PARTE PRIMÂ

*Nobilissimorum et Amplissimorum Dominorum
Præsectorum Lausannensium,*

Nec non

*Reuerendorum & Clarissimorum Pastorum
Et Professorum Lausannensium,*

Præcipuarumq; rerum sub illis gestarum

Chronologica series,

PARTE SECVNDÂ

Eiusdem Academiae leges

PARTE DENIQVE TERTIÂ

Supremi Magistratus varia decreta ad Academiae

ἐπιλογίων scientia,

Continentur.

COLLECTORE

IACOBO GIRARDO DES BERGERIES

Med: Doct: Linguae Hebraeae Professore,

Et p. t. Academiae Rectore

ANNO MDCLXXIX.

Magnifico et Amplissimo Viro,
DOMINO DANIELI IM HOFF

Præfecto Lausannensi Dignissimo,
Academiae Praesidi et Patrono
Beneficentissimo.

NEC NON

Reuerendis, Clarissimis et Doctissimis Viris
Eiusdem Academiae
Pastoribus & Professoribus
Et Gymnasiarchae,

Dominis et Collegis
Omni obseruantia Colendis
S. P. D.

Est hoc in Academiae more positum, ut suos Annales et Chronica habeant, in quibus Virorum, qui illis præfuerunt, rerum ab iis gestarum, et variarum decretorum monumenta conseruantur: Nec id sine graui causa et usu multiplici fieri consuevit; Nostrâ enim omnium non parùm iñterest scire, quos in opere Domini, Antecessores habuerimus, et quid ab iis præstitum sit. Facit hoc ad eorum memoriam ab obliuione vindicandam, facit ad honorem, quem illis debemus, contestandum; facit denique ad exemplum et imitationem: Et certè, ex iis quos

ad id nobis proponere possumus, habemus per Dei gratiam bene multos; ut enim de iis qui hoc seculo vixerunt taceamus (quod suis quoque luminibus non caruit) illustra semper erunt Fiarellorum, Viretorum, Betarum, Hothomannorum, Bertramorum, et aliorum nomina; quae praecipua fuerunt seculo praeterito huius Academiae Lumina et Collumina. Rerum vero hactenus hic gestarum, Legum latarum, et decretorum necessariam et presentem esse debere memoriam, vel ex eo liquet, quod ad haec singula, tanquam ad normas et amules, pro re nata subinde recurrendum sit.

Haec cum ita sint, mirari saepius subit, quod a fundata huius Academiae temporibus, tale nihil a Praedecessoribus nostris, nisi ab anno huius seculi quadragesimo, tentatum videamus, sicque in summa, tum personarumque nos praecesserunt, tum rerum in medio nostri gestarum ignoratione versemur; Huic malo, per qualemcumque hunc laborem, non ulterius differendum remedium existimari. Mancum et mutilum illud esse, satis agnosco, — satius tamen putavi ex iis aliquid, quam nihil nosse. Et tamen hoc ipsum quod damus, ex variis schedis et manuscriptis ex quibusdam denique libris impressis non sine labore conflatum est.

Sic autem in eo opere progredi operae pretium visum est, ut in prima eius parte Amplissimorum Dominorum Praefectorum Lausannensium, Reuerendorum & Clarissimorum Dominorum Ministrorum & Professorum renunquamque praecipuarum sub illis gestarum, Ordine Chrono-

logico series contineretur. In secunda Leges Supremi Magistratus, sub quibus hodie vivimus, abrogatas enim et pridem sepultas recensere nihil attinet. In tertia denique parte variorum Supremi Magistratus decretorum, quae pro appendicibus ad leges nobis haberi debent, Series exhiberetur.

Hic autem de tribus monendus est Lector. Primo, Nos in recensione Dominorum Praefectorum Ministrorum & Professorum Lausannensium, a Titulis et Elogiis (quibus tamen dignissimos eos agnoscimus) consulto abstinuisse; tum ut simplex et antiquus mos retineretur, tum etiam ne eorum nimis crebra ac ferre continuam repetitione, tedium aliquod Lectori suboriretur. Secundo post unam quemque Praefecturam, spatium aliquod vacuum relictum esse, ut si quid impoterum reperiat memoria dignum, illud ibi commodè possit interseri. Tertio denique post seriem Chronologicam, ut et post varia Supremi Magistratus rescripta, plures paginas vacuas, eo fine relictas, ut quae postea sequentur in illis quoque describi possint. Excusetur fortasse aliquis qui spatia haec replebit et imperfecta perficiet, nihil enim simul inchoatum et perfectum fuit.

Quod superest, Magnitiae et Amplissime Domine Praefecte, Reuerendi ac Clarissimi Domini Collegae, Vos eam quam par est, animi submissione, precor, ut laborem hunc, ut ut tenuem et imperfectum, equi bonique consuleret velitis, Deumque Optimum Maximum aunitus-

rogo ut vobis et laboribus vestris abunde benedicat,
nobisq; illa, quibus a lustris aliquot gaudemus
Aleyonia, perēnia esse iubeat. Hoc illius votum est,
qui dum viuet, constanter erit

Scriptum Lausannae
15. Febr. anni 1679.

Amplitudinīs et Reuerentiārum
Vestrarum

Observantissimus et addictissimus
Cultor & Servus

Jacobus Girardus Des-Bergeries.

BREVIS CHRONOLOGIA

Nobilissimorum & Amplissimorum
Dominorum Praefectorum Lausannensium,
& Reuerendorum & Clarissimorum
Dominorum Pastorum ac Professorum, &
praecipuarum rerum hic gestarum,
seriem Continens

Jacebat a multis retro saeculis Lausanna haec
nostra in crassissimis ignorantia & superstitionis tenebris,
eamq; non velata demum religione seruitus, sed tyrannis
opprimebat. Mutauerat circa initium praecedentis saeculi
Sebastianus de Montefalcone, Lausannensium male dictus
Episcopus, Patris & Praedecessoris, sui Antonis fuses in Sauticas
deinceps intollerabiles, & usque deque habitis Urbis priuile-
giis, in quae iurauerat, in ciues crudelissime sauebat. Clerus
rerum sacratarum ignarus et iners, quidlibet pro lubitu audebat,
Veneri, Baccho & Vacuna, potius, quam sacris operam nauas;
Cum Deus populi huiusce, sub utraq; seruitute, civili et Eccl-
siastica gementis, constituto tempore misertus, lucem illi, li-
bertatem et salutem, his medijs et incertis indulsit. Quae
passim per Europam vires surnebat tunc Reformatio Euange-
lica, in has etiam oras, sui stricturas aliquas emiserat.
Perambulabant agrum hunc viri pii & eruditi, qui zelo Dei ac-
censi, Euangelium modo hic, modo illic, nunc clam, nunc palam,
pro ratione temporum annuntiabant, lucemq; tandiu tectam
in apertum proferebant. Hanc p̄t multi amplectebantur, et in
dies eorum numerus crescebat, qui eam ^{publica} praefiteri, nequiq; cai-
ferendo p̄tes non amplius erant sortiter exaltare gestiebant.
Eius occasionem Deus ipse aperiebat. Papisticam religionem
Illustrissima Respublica Bernensis iam anno prioris saeculi vigesimo
octauo ei iurauerat, & Euangelio nomen dederat: Experta erat.

Urbs hac illorum benevolentia et ulnis reuera sedere, con-
iuncta erat. Regionem vicinam sibi iam subiecerat, & in eo
erat ut religionem illic Orthodoxam stabiliret. Non negligenda
erat: haec opportunitas et bona causa, post Deum Fulcrum a
potente hoc Magistratu querendum prudenter iudicabant.
In eius itaq; tutelam et Domini ultro se tradunt. Episcopus
plane alienos a se civis non ignorans; imminenti periculo
se fuga subduxerat. His sic dispositis ad Reformationis opus
se accingunt; Indicitur sub auspiciis supremi Magistratus dis-
putatio publica: cui cum Assessoribus non nullis praefuit
Vir Nobilissimus. Nicolaus a Wattenwil. Ad hanc inuitan-
tur omnis ordinis Viri praesertim Ecclesiastici: Aderant pre-
caeteris Farellus et Viretus, qui responsionibus & concionibus
suis orthodoxiam strenue fortiterq; propugnarunt. habitis
per aliquot dies disputationibus & concionibus publicis in
templo huius urbis superiore.

Expectabatur aliquid a Canonicis & aliis ex ordine Ecclesi-
astico, sed nihil nisi excusationes & molestationes habuerunt
quod opponerent. Aliquid tamen ab aliis obiectum legimus,
quod mox leui brachio discussum. Unde tandem anni millesimi
quingentesimi trigesimi sexti mense Octobri conclusa
disputatio, profligata superstitio, idolua et tyrannus ecclesia,
cui successit uerbi diuini praedicatio pura, Ministerii Euange-
lici & regiminis Ecclesiastici laudatissima constitutio.

Cum vero pius ac zeli plenus Magistratus facile pra-
uideret ad sanae doctrinae tutelam, praedicationem ac pro-
pagationem, nihil efficacius esse, scholarum institutione,
quae virorum doctorum seminaria semper fuerunt,
nihil hic prius habuit quam ut scholam et Academicam
in hac urbe, tanquam in huius provinciae centro
exigeret, doctos ac pios viros ad eam inuitaret, eosq; hone-
stis stipendiis ornatos ad docendum praeficeret.

Haec sunt Academiae huiusce cunabula quae protinus
suos doctores et Professores habuit, nec tamen eorum sem-
per fixus ordo, aut numerus fuit; nec semper eadem
leges, aut Professorum officia, sed varia prout se tempora
et res dabant immutata sunt. Aliquando unus, aliqua
do: duo fuerunt Theologiae Professores; Aliquando qui ex
suggeru docebant Pastores; iidem et in Academia lectiones
habebant; Aliquando eorum munera distincta sunt.
Fuerunt hic aliquando Theologiae, aut Philosophiae, aut
linguarum Professores, sed & mathematicarum artium &
Eloquentiae & historiarum; una etiam iuris Professores ut
postea videbimus.

Habuit autem mox Academia haec viros doctos, quorum
memoria etiam nunc in benedictione est, & fama illustre,
Farellus, Viretus, Beras, Gesneros, Otthomannos et alios,
sed ut plurimum exeteros. Nec id illis temporibus difficile
erat, Huc enim magis itineribus et agminibus ueniebat
Viri Nobiles et eruditi qui persecutionibus, quae contra illos
tempore Henrici II. Caroli noni et Henrici tertii Gallorum
Regum, fugati in has regiones tanquam in Azilum sese
recipiebant. Quid quod ex Anglia quoq; & remotis hic
Britannis, multos hic appulisse legimus, ut Reginae
Mariae, aduersus Orthodoxos uentis, crudelitatem eluge-
rent; quibus etiam primordia sua debet illud aerarium
quod iam multis donationibus auctum in exeterorum pau-
perum subsidia etiam nunc viget.

Sed ut ad specialem eorum qui huius Academiae praefue-
runt seriem; qualis haberi potuit, veniamus: quid sub uno
quoq; Praefecto memoria dignum contigerit; porro dicemus.
I. SEBASTIANUS NAIGVELLE primus
huius Urbis Praefectus recensetur qui huc de appulisse
anno 1538. *ms. il faut 1536*

Quia vero Guillelmus Farelus & Petrus Viretus,
primas hic in reformationis negotio tenuerunt, et præ-
cipua huius Ecclesie lumina & collumina fuerunt.
de his sigillatim aliquid hoc loco dicendum est.

Guillelmus Farelus Vapincii in Delphinatu illus-
tri familia ortus; inter primos in Gallia reformatio-
nis nomen dedit; imò et illi postea promouendæ ope-
ram nauauit; Hinc persecutionibus pulsus in Hel-
uetiam uenit; Euangelicam ubiq; doctrinam populis
annuntians. Aquileæ præsertim per aliquot tempus
subsistit; ubi magno cum successu docuit; Inde Geneuam
profectus et hic multum reformationem promouit;
Caluinoq; iter in Italiam meditati author fuit
ut Geneuæ pedem figeret egrèq; sibi comcredita ta-
lenta Christo lucrifaceret. Primas tenuit in dis-
putatione hic habita, et eo usque hic remansit do-
nec bene constituta Ecclesia & probe firmata; Neo-
comum ubi Pastor erat ordinarius et quò loco maximè
delectabatur rediret ubi etiam piè in Christo obdormi-
uit; anno salutis 1568. ætatis uero septuagesimo
sexto; vir erat eruditus et eloquens, Zeli feruentis,
et intrepidus Christi Minister.

Petrus Viretus Verbigenerensis; fidelis eius in opere
Dei comes fuit; qui et hic et in vicinis locis Euan-
gelium foeliciter docuerat, etiam ante publicè reap-
tam reformationem; In disputatione Lausannensi
strenuum se Euangelii propugnatores præstitit.

regz sic benegestâ; primus huius Ecclesie Pastor consti-
tutus est. Cùm uero Caluino ad Colloquium Wormati-
ensè euocato anno 1541. Geneuam illius vices obitum
vocatus fuisset illuc se contulit. At ipso reduce, nullis
rationibus adduci potuit, ut illic subsisteret, sed Lausan-
nam ad pristinam stationem rediit; Ecclesieq; illi præ-
fuit ad annum usq; 1561. Postea urgentibus plurimis
in Gallia Ecclesiarum petitionibus ut illis suam operam
largiretur bona cum Magistratus uenia, discessit, Lug-
dunensem primùm; inde, Monspeliensem Ecclesiam sta-
biluuit; Hinc in Bearniam se contulit; ubi reformatio-
ni Euangelicæ foelicem operam nauauit; obiit illic anno
Christi 1571. ætatis uero 69. Fuerunt semper coniunctis-
simi, Farelus, Viretus & Calvinus, omnes eruditi, &
fidissimi Christi serui; in Farello tamèn zelus, in Vire-
to Eloquentia, in Caluino eruditio imprimis commenda-
batur.

Vireto adiunctus fuerat in ministerio Lausannensi au-
thoritate supremæ Magistratus, quidam nomine Petrus
Caroli; olim Doctor Sorbonicus, sed qui reformationi nomen
dederat et vir doctus audiebat, unde plurimam ab eius in-
stitutione sperabantur, sed non diu post detecta est eius
hypocrisis, animus turbulentus, et perniciosa quedam,
quas in sinu fouebat, hæresis; quibus reiectis et damna-
tis; ipse alio migrare, iussus est.

Mentio quoq; hæc fit Beati Comitum, qui etiam Vireto, in
Ministerio fuit adiunctus, de quo nihil ulterius disere
potuimus. Plura diximus excerpta ex privatis ejus Codicibus, ejus Effigies
appensis, in Bibliotheca Academica.
Illi quoq; temporibus Academiæ præfuisse leguntur
sequentes.

Johannes Ribbitus Theologiæ Professor
Johannes Reimondus Merlinus Linguae Hebrææ Professor,

* Joannis. Beati
Comitis Beati no-
in illa Gente
habuit.

se coram
se tromps. Il-
le fuit Cal-
uini discip-
lus de Gene-

Franciscus Hottomannus Eloquentiae Professor
Johannes Jagantius Mathematicarum artium Professor
Conradus Gesnerus Tigurinus, linguae Graecae Professor
Iste Lausannae substitit per tres annos ad annum scilicet
1539, postea Tigurum reuersus, variis editis operibus
inclaruit.

Præter hos numerant adhuc sequentes, Claudium Præuotium,
Franciscum Beraldum et Johannem Randanum
qui etiam artes humaniores cum præcedentibus, aut ut
verisimilius videtur, post illos in hac Academia
docuerunt.

II. ANTHONIVS TALLER, secundus fuit
huius urbis Præfectus; qui huc accessit anno 1543.
Sub huius præfectura fit mentio cuiusdam Imberti, qui lin-
guæ hebraeae Professor erat.

Venit etiam Lausannam circa annum 1545 Cælius secun-
dus Curio, natione Italus, vir valde doctus, quem et huc
docuisse coniectura est. Hinc postea Basileam præfectus, elo-
quentiae Professor constitutus est.

III. JOHANNES FRISCHING Præfectus Lausannensis
huc uenit anno 1548.

Sub huius præfectura mentio fit Quintini Claudi Phi-
losophiae Professoris, Item Eustachii de Quervo etiam Phi-
losophiae Professoris, Petri Kibbiti Hebraeae linguae Professoris,
Petri Nunii Abulensis Graecae linguae Professoris, et Jacobi Valerii
Ministri Lausann.

Anno 1549 Theodorus Beza relictus est linguae Graecae
Professor; qui illo munere per decem annos hic functus est
sed præterea etiam lectiones Theologicas extraordinarias
habebat; Inde Geneuam migravit, ubi multis editis ope-
ribus excimius, mortuus est anno 1605.

IV. HIERONYMVS MANVEL Præfectus
Lausannensis huc appulit anno 1554.
Nihil sub huius præfectura mutatum legimus.

V. PETRVS AB WERLACH Præfectus Lausan-
nensis huc accessit anno 1558.
Nihil quoque hic annotatum reperire potuimus.

VI. PETERMAN A WATENVIL Praefectus Laus:
huc accessit anno ~~1566~~ 1566.

Anno 1567 mentio fit Samuelis Martorci, Minis-
tri Lausannensis; circa annum 1570 et 1589 per aliquod
tempus, Ministerio Ecclesiastico, sed extraordinarie et
absq; stipendio hic functus est vir Illustris Antonius
Chandellus Theologus excimius. / Sub Nomine Sadeelis & Zama-
rielis nobilis clarusque.

Fuit etiam mentio Ludouici Trepereau, Ministri Lausan-
nensis, &c.

Blasius Marquardus, qui antehac fuerat Philosophiae
Professor, factus est Theologiae Professor.

VII JACOBVS WYS Praefectus Lausannensis huc
accessit anno 1574.

Eodem anno factus est Professor linguae Hebraeae
Michael Hortinus & Anno 1576 euocatus est ex Pala-
tinatu ad Ministerium Lausannense et Professionem
Theologicam Petrus Bocquinus Gallus qui in ea statione
obiit anno 1582.

Eodem anno Theologiae hic Professor erat ^{Nicolaus} Collado =
Biturix; qui obiit in ea statione anno 1585

Sub hac quoque Praefectura Philosophiae Professor fuit
Claudius Alberius Triuncurianus.

Eius contemporanei Ministri Lausannenses fuerunt
Johannes Bouius, Merula & Meclinus.

VIII JOHANNES A WATENVIL Praefectus
Lausannensis huc accessit anno 1579.

Eodem anno iacta sunt noui collegii fundamenta
Anno eodem 1579 Johannes Scapula electus est ling-
uae Graecae Professor; Sucedens Theodoro Bexa, Geneua
vocato.

IX MICHAEL AVGSPURGER Praefectus
Lausannensis huc accessit anno 1582.

Anno 1581 6. Ianuar. igne absumpta est Aed. q
Menthoniana dicebatur, eo qua tantum duae turres
relictae. In ea Classia Praeceptores docebant, qui inde
in priuatis domibus suas obibant functiones, usq;
dum perfecta esset Noui Collegii structura, in qua
hoc ipso anno doceri coeptum est 24 Aprilis. Aedi-
ficium est tum amplitudine sua, tum structionis elegan-
tia, tum prospectus amoenitate praclarum.

X MARCVARDVS ZACHENDER Praefectus
Lausannensis huc uenit anno 1588.

Eodem anno electus est linguae Hebraeae Professor Bonauen-
tura Cornelius Bertramus, Thoaracensis Picto.

Eodem etiam anno, cum Claudius Alberius Philosophiae
Professor Heterodoxiam aliquam circa doctrinam de iustifi-
catione sparsisset; Pastoresq; aliquos in suam sententiam
traxisset, tollendo Schismati indicta est Berna Synodus;
ubi noua haec sententia damnata est; et ueritas asserta,
Cuius decretis non Alberii demum sectatores, sed ipse quo-
que subscripsit. Nonnulli Ministri hoc nomine in alias
Ecclesias amandati sunt.

Sub hac Praefectura electus est linguae Hebraeae Professor
Johannes Hallerus Bernensis.

Emilius Portus Francisci Porti Cretensis filius, etiam
constitutus est Graecae linguae Professor.

Johannes Rheterius, qui prius fuerat linguae Graecae
Professor, postea Hebraeae factus est Professor.

Anno 1597. Cum Emilius Portus linguae Graecae
Professor turbas in hac Academia claret, et aliquid etiam
Heterodoxias foueret, facere hinc iussus est et in eius
locum electus Simon Girardus; Nobilis viri Johannis
Girardi Des Bergeries, dum uiuere, Bituricensium
Scabini, seu Consulis, filius, qui Lausannam ob perse-
cutiones in Gallia aduersus Reformatos motas recepe-
rat.

XI JOHANNES RUDOLPHVS WRSTEBERGER
Praefectus Lausannensis, huc accessit anno 1594.

Hoc anno factus est Ecclesiae huiusce Pastor Nicolaus Se-
guerius Parisinus, ex Illustri Seguerorum familia oriundus

qui in hoc ministerio obiit anno 1594.

Eodem anno ex ministerio Ebrodunensi euocatus
et Guillelmus Bucanus, et factus huius urbis Pastor &
Theologiae Professor; qui in illa functione mortuus est anno
1603.

Illo ipso anno 1594 Johannes Colletius electus est huius
urbis Pastor, qui obiit anno 1617.

Circa haec tempora mentio fit, cuiusdam Trembleti Phi-
losophiae Professoris, cui successit Claudius Boccardus
Gallus.

Nicolao Seguerio, successor datus videtur Samuel Jaq-
querodus; huius Ecclesiae Pastor electus.

Simoni Girardo Des Bergeries mortuo anno 1598 succe-
dit in Professione Graeca Stephanus a Castro bello.

XII WOLPHGAND MICHEL, Praefectus Lausannen-
sis huc uenit anno 1600.

Erant tunc Ministri Lausannenses Johannes Colletius,
et Samuel Jaquerodus, Theologiae Professor Guillelmus Bucanus,
Johannes Rheterius linguae Hebraeae, Stephanus a Castro
bello, linguae Graecae & Claudius Boccardus Philosophiae Profes-
sors.

Anno 1603. mortuo Guiljelmo Bucano, successit Johan-
nes Benedictus Talinenus, factus Theologiae Professor.

(*) De Tallentis.

XIII ANTHONIVS TILLER Lausannensis Praefectus,
huc uenit anno 1606.

Cum Stephanus a Castro Bello linguae Graecae Professor,
ex bile adusta, mentis quasi imbecillus & maniacus factus esset, ac
praeterea nescio quibus erroribus imbutus, abdicatus est, et ei succes-
sor datus in illa Professione Gabriel de Petra.

Anno 1608 Claudius Bocardus Philosophiae Professor qui et iam olim Pontificius fuerat, vxore et Religione reformatâ ualere iussis, ad Pontificios, Theonorum reuersus est; cui successit in Professione Philosophica Iacobus ad Portum Bernen-
sis.

1610 Iohanni R heterio Linguae Hebraeae Professori, successor datus est Claudius Ianninus.

Eodem anno 1610. Cum Iohannes Benedictus Salinensis, non satis aptus videretur, ad Theologicam Professionem exercendam, locum eius occupauit Iacobus ad Portum hactenus Philosophiae Professor, et Salinensis eius loco regressus est ad Philosophicam Professionem, in qua non diu substitit; sed mox Corsiacum ad ministerium illic amplectendum se contulit. Fuit etiam hoc tempore Philosophiae Professor Iohannes Breuerer.

Anno 1611 Iohannes Stekius Basiliensis electus est Philosophiae Professor. Is Iuris utriusq; Doctor erat, nec tantum Philosophicas habuit lectiones, sed etiam sub licentia Magistratus, Iuridicas Postea factus Commissarius Generalis Illustrissimae Reipublicae Bernensis, illic se contulit & ibi mortuus est.

Eodem anno 1611. Reuersus est Lausannam supra dictus Claudius Bocardus, Pontificiamq; religionem, Pontificiamq; religionem hic in superiore templo ciurauit, Postea ex supremi Magistratus benignitate, Mathematicarum Artium lector constitutus est.

XIV JOHANNES STEIGVER Praefectus Lausannensis
huc uenit anno 1612.

Anno 1603 Cum Claudius Ianninus Linguae Hebraeae Professor ad hanc functionem imparatus esset amandatus est ad Ministerium Castrodiense, & ipsi in Professione hac successit Nicolaus Girardus Des Bergeries, supra dicti Simonis.

graece

Græce Linguae Professoris filius.

1617 Mortuo Iohanni Collorio Ecclesiae huius Pastori successit Gabriel de Petra hactenus Græce Linguae Professor Huic porro in Professione Græca successit Petrus Blondet.

XV BEATVS LVDOVICVS MICHEL Praefectus
Lausannensis huc accessit anno 1618.

Anno 1620 Philosophiae Professor factus est Iohannes Rudolphus Faber; Gratianopolitanus Iuris utriusq; Doctor.

XVI MARCVARDVS ZACHENDER Praefectus Lau-
sannensis huc uenit anno 1624.

Eodem anno cum supra dictus Faber librum quendam Gallicum typis mandari curasset, in quo multa non satis honesta; et quaedam periculosa continebantur, hinc migrare iussus est.

In eius locum ad Philosophicam Professionem electus Samuel Haberuterus.

Anno 1628 Petrus Blondetus Græce Linguae Professor electus est Minister Sancti Foriacensis, & Samuel Haberuterus Minister in agro Germanico, loco dicto Hertzogebursi. priori successit Iohannes Reinhardus in Professione Græce & Ethica, Posteriori Georgius Mullerus in Professione Philo-
sophica ambo Palatini qui inaugurati sunt 16 Maij.

Anno 1629 Jeremias Vildius factus est Eloquentiae & historiarum Professor.

Sub hac quoque Praefectura costructum est novum Auditorium Theologicum, in parte meridionali Collegii, Antehac lectiones Theologicae et Hebraicae haberi solebant in Choro templi

XVII BERNHARDVS FISCHER Praefectus Lausannensis huc venit anno 1630

Anno 1635 Samuel Jaquierodus huius Ecclesiae Pastor ob senectutis incommoda sponte se munere suo abdicat, et in eius locum succedit Marcus Saussurius, Nobilis viri Johannis Baptistae Saussurii Lausannensis Tribuni filius

XVIII WILHELMVS A DIESBACH Praefectus Lausannensis huc accessit anno 1636.

Eodem anno Jacobus Ad Portum Theologiae Professor moritur 27 Martii: Moritur quoque Terentius Wildius Eloquentiae et Historiarum Professor, cuius professio ab eo tempore suppressa est.

Eodem anno Marcus Saussurius huius Ecclesiae Pastor ad Professionem Theologiam, sed adiuncto collegae ob eundem vocatur et demum 9 Ianuarii 1637 inauguratur.

Interea Nicolaus Girardus linguae Hebraeae Professor praeter illam Professionem, etiam Theologica Professione fungitur, dum Collega et alter Professor aliunde expectaretur.

Marco Saussurio in Ministerio Lausannensi successor datur Julius Feuottus hactenus Lustriacensis Minister.

Anno 1638 idem Julius Feuottus Collega datur Marco Saussurio in Professione Theologica, in qua demum per aliquot menses subsistit, et postea simplex Minister factus est, et tota Professio Theologica Marco Saussurio de-

mandata. fu: 1641 iterum pastor huius ecclesiae factus inauguratus 8. 1647

Anno 1638. 17 Junii Inauguratus est huius Ecclesiae Pastor Carolus Des Champs, olim Minister Dieppensis.

Anno 1639. 25 Julii; obiit Gabriel de Petra, in cuius locum successit Julius Feuottus, ut supra dictum.

Eodem anno Bernhardus Du Teil Genevensis hactenus huius Ecclesiae Diaconus, tertii ministri titulum et functionem obtinuit.

Anno 1642 Junii die 5 obiit Nicolaus Girardus Des Bergeries, cui eodem mense successit in Professione Hebraica Jacobus Girardus Des Bergeries, eius filius, inauguratus 15 Julii.

Eodem anno 1642 electus est Diaconus Lausannensis, sed sub titulo tertii ministri, Johannes Rudolphus Clericus antehac Pastor Ecclesiae verbigenensis.

XIX DAVID MVILER Praefectus Lausannensis huc venit anno 1642.

Anno 1644 ad Professionem Theologiam admotus est Jacobus Crespeus, antehac in Academia Valentina Theologiae Pontificiae Professor, Collega datus Marco Saussurio

Anno 1646 mortuus est Johannes Reinhardus, lingua
Graecae et Ethices sacrae Professor; Ei sed demum anno 1647
successor datus est, Johannes Franciscus Beuenopia Mor-
giensis, antea Diaconus Niuidunensis.

XX JOHANNES ANTHONIUS TULER Praefec-
tus Lausannensis, huc uenit anno 1648 sed annos Prae-
fecturae suae non compleuit, utpote Bernam euocatus
ad Quaesturam huius Gallicae ditionis exercendam.

Circa medium anni 1648 Johannes Rudolphus
Clericus huius Urbis minister euocatus est Bernam
et Electus illius urbis Pastor Gallicus.

XXI DAVID A BYREN Praefectus Lausan-
nensis huc accessit anno 1650.

Mortuus Julius Feuottus huius Ecclesiae Pastor
3^o Octobris anni 1650 cuius obitum multae mutationes
consecuta sunt.

Georgius Mullerus hactenus Philosophiae Professor,
alter Theologiae Professor electus est. Marcus Saussurius
Professionem Theologicam retinuit quidem ex parte
sed et Minister Lausannensis constitutus, cum uariis
subsidii, quae ipsi data fuerunt, ne plus a quo grauaretur.

In locum Georgii Mulleri Philosophiae Professoris
hactenus successit Petrus Feuottus Ecclesiae Morgiensis
Diaconus omnes inaugurati mense februario anni 1651.

Anno 1653. 4. Julii moritur Carolus Des Champs
Ecclesiae huius Minister, cui succedit Petrus Collinetus
antehac Morgiensis Pastor.

Anno eodem 1653 post longam inuacuetudinem moritur
Jacobus Craspeus Theologiae Professor, sed cuius munus, ob
inutilitatem iam fuerat suppressum.

Anno 1655 Franciscus Mangetus Geneuensis, qui
antehac in Ecclesia Pedemontana fuerat Pastor, constituitur
Diaconus Lausannensis, sed sub nomine & officio tertii
Ministri.

XXII CAESAR LENTIVS Praefectus Lausan-
nensis huc accessit anno 1656.

Anno 1657 Cum haec complicatio Ministerii et
Professionis Theologiae in persona Marci Saussurii uaria
secum incommoda traheret; constitutum est a supremo
Magistratu, ut deinceps Theologi tantum Professione
fungeretur.

Hactenus lectiones Philosophicae habitae fuerant
in aula domus cuiusdam olim Canonicae ad Orienta-
lem Ciuitatis superioris partem; sed aliud Auditorium
econstructum est; dempta ea Bibliothecae parte quae erat
supra auditorium Theologicum ubi iam Philosophi-
cae lectiones habentur.

Anno 1661 magna facta est mutatio in hac Aca-
demia. Johannes Schoenauger, hactenus Basi-
liensis Ecclesiae Gallicae Pastor, Theologiae constitutus
est, & linguae Hebraeae Professor; postquam Theologiae
Doctor creatus fuisse Basileae. Inauguratus 20 octob.
1661.

Marcus Sausurius, hactenus Theologiae Professor,
electus est Lustriciensis Pastor.

Anno 1662 Mense Februario Petrus Feuottus,
hactenus Philosophiae Professor ad Ministerium de
Ferroy amandatus est, in cuius locum successit Petrus
Dauellus, Vviciensis

Eodem anno Johannes Franciscus Beuenopia
linguae Graecae & Ethices sacrae hactenus Professor
amandatus est ad Ministerium Morggiense, et ei suc-
cessit Theophilus Territius Gallus hactenus in Acade-
mia Deiensi Philosophiae Professor.

XXIII. BERNHARDVS TCHARNER

Praefectus Lausannensis huc accessit anno 1662.

Anno 1663 mortuus est Franciscus Mangetus huius
urbis Pastor, cui successit Jacobus Combanus, antehac
Gymnasiarcha Lausannensis, inauguratus.

Anno 1664 cum Theophilus Territius linguae Grae-
cae et Ethices sacrae Professor, non ita commode hic se
haberet, bona cum venia hinc Deiciam rediit, & in eius
locum successit Petrus Curritus hactenus Ecclesiae
Pastor inauguratus. 4 Febr.

XXIV. GABRIEL WEYS Praefectus Lausannen-
sis huc accessit anno 1668.

Anno 1671. 19 Aprilis moritur Johannes
Schoenauierus Theologiae Doctor & Professor.

Et succedit in Professione Theologica Petrus Dauellus
hactenus

Hactenus Philosophiae Professor et in Professione He-
braica Jacobus Girardus Des Bergeries.

In locum Petri Dauelli hactenus Philosophiae
Professoris succedit Georgius Polerius, viri Nobilis,
Johannis Petri Polerii huius Urbis consulis filius.

Omnes hi tres simul inaugurati fuerunt 17
Julii anno 1671.

Anno 1673. 7 Martii mortuus est Petrus Collinge-
tus, Ecclesiae huius Pastor, successit ei mox in illo
munere Georgius Polerius, hactenus Philosophiae
Professor, Inauguratus 23 Martii.

Georgio Polerio in Professione Philosophica suc-
cedit, Johannes Henricus Othius Bernensis, inau-
guratus 29 Maii.

XXV. DANIEL IM. HOFF Praefectus Lausan-
nensis huc accessit anno 1674.

SERIES

Pastorum & Professorum Lausan-
nensium et omnino totius
venerandi Coetus Academici
Qualis nunc est. sub
initium anni 1679

Ministri sunt.

Jacobus Combanus Ecd. Lausann. Pastor &
ven. Clas. Decanus.

Georgius Polerius Ecd. Lausannensis Pastor

Professores sunt

Georgius Mullerus Theologiae Professor

Petrus Davellus Theologiae Professor

Jacobus Girardus Des Bergeries Linguae
Hebraeae Professor. Et p. t. Rector

Terentius Curritus Linguae Graecae & Ethices
Professor

Johannes Henricus Othius Philosophiae
Professor

Gymnasiarcha est

David Constantius v. D. Minister &
Gymnasiarcha.

Deus opt: Max: eorum personis &
laboribus ubertim benedicat, faciatq; ut quae
sequuntur paginae (in quibus quae futurae sunt
in his functionibus successiones describi poterit)
diutissime vacuae relinquuntur.

Describat eae Authoris. Autographo
Daniel Marnet. Theol. Stud:

Anno M. DC. LXXX. 9^a Maij obiit Rev. D. Petrus Davellus
S. S. Theol. Prof.

In eius locū successit Nob. D. Georgius Pelerius antea Pastor
Laurannensis.

Et huius successit Rev. Vir D. Elias Merlathus hactenus Pastor
Mediolanensis Sauto, ex patria pulsus ob veritate Evangelicā.

XXVI SAMUEL BONDELINVS antea Senator
Bernensis, Laurannensis creatus Praefectus huc accessit
anno 1680.

Anno 1681. Febr. die 12 obiit ^{Nob. ac Rev. D.} Jacobus Girardus Des Bergeries
Ling. Hebr. prof. cui successit Nob. ac Acad. D. Samuel
Girardus Des Bergeries eius filius inauguratus fuit
2^a Maij 1681.

Die 16^{ta} Jan. 1682 Inauguratus fuit Professor S. S. Theologiae
Vir Vener. Elias Merlathus Pastor Laurannensis qui una
cū Nob. ac Rev. D. Pelerio illam professionē excepit, retentū
tamen etiam S. S. Ministerii parte cuius alteram obtulit est
Nellin D. Pelerius.

1682 In locum D. Joh. Henr. Othij ad Ministeriū
Germanicū evocati, successit D. Emanuel Bondelinus Amphell^{is}
D. Samuelis Bondelini praefecti filius. Inauguratus fuit
die 20 Novemb. a. 1682.

Anno 1684 die 3. Mart. Obiit vir plurimum
Reverendus et clarissim. D. Georgius Mullerus
S. S. Theologiae Professor anno aetatis suae 81.

die 16. Jun. ejusdem anni in locum D. Mulleri
successor inauguratus est Vir Rev. et Clariss.
Dom. Jeremias Curritus, hactenus Linguae Graecae
et Philosophiae naturalis Professor.

Eadem die et eadem aetate inauguratus est
Nob. et Rev. Dominus David Constantius,
hactenus Gymnasiarcha nunc autem Linguae Graecae
atque Ethicae Professor.

Die 11 Novemb. ejusdem anni ¹⁶⁹⁴ Inauguratus est
in Professorem Eloquentiae & Gymnasiarcham
Vir Rev. & Clariss. D. J. Petrus Clericus

die 22. Novembris
Anno 1698 in locum Rev. et Clariss. Dn. Emanuelis
Bondelini Philosophiae Theoreticae Professoris qui
Bernam Vocatus est, ut illic fungatur officio
Professoris Eloquentiae, successit Vir Rev. et Clar.
Dn. Jeremias Sterkius. Inaugur. die 12.

XXVII. Abrahamus Sturlerus, Praefectus
Lausannensis, huc accessit. Anno 1688.

Die 24 Januarij 1691. Vir Nobiliss. ac
Rev. D. Samuel Girardus Des Bergeries
Ling. Hebr. ac Pateches. Professor, febre
^{contagiosa} maligna fuit extinctus, annum aegens 418
supra; mortuus est coelestis ac quatuor sua
gentis Professor.

Die 8 Maij 1691 Vir Nob. ac Rev. Dn. Gabriel
Bergenius, antehac in hac Ecclesia
Administrator, Professor Ling. Hebr. & Patech.
in locum D. Des Bergeries, inauguratus est.
Obiit die 13 Martij.

XXVIII. Sigismundus Willading
Lausannensis Praefectus huc appulit Anno
1692

XXIX NICOLAVS TSCHARNERUS ^{huc appulit}
antea agminis Ductor in Hollandia, Praefectus vero Lausannensis Creatus
huc appulit Anno 1698.

Anno 1699, die 2 xbris obiit Vir Vener. et Cl. Jacobus
Combarus Ecclesiae Lausannensis Pastor anno aetatis suae 78.

Anno 1700 februarii 16 obiit Vir Rever. et Clar. Jeremias
Curritus S. S. Theologiae Professor anno aetatis suae 68.

Anno 1700 februarii 25 puella O. Lombani inaugurata
est D. Abrah. Betteijus antea Pastor et quiescit et
Ven. Claudi Laurantii Decanus.

Eodem anno Nob. ac Rever. D. Georgius Polerius
fate functus est 25 quidem die 19 April. annum
agens 61. Professionis Theologica, quam, anno 1689,
ipso contulerat supremus Magistratus, missionem
obtineret, ab aliquib. mensib. idq. propter diuinam
languorem.

Vir Nob. ac Rever. Gabriel Bergierus Lausan.
Eclesia Pastor die 9 Junij ejusdem anni renuntiab.

Die 11 Junij Viri Rever. ac Clarissimi Dn.
Elias Merlatus hactenus Ecles. Lausanensis
Pastor.

Dn. Jeremias Stercius S. S. Theol. Doctor, et
Philosoph. Professor. S. S. Theolog. Professore
inaugurati sum.

Eodem tempore Nob. ac Clar. D. J. Petrus
Desosa Philosophia Professor declarab.

Die 19 Sept. ~~1700~~ 1700 Vir Clariss. ac Doctiss.
Dn. Albertus Hea: L. L. Hebr. et Græca Profiss.
inauguratus est.

Die 21 Augusti 1701: Vir Rever. ac Clariss. Dñs
Jacobus Plantinus, Successor Rev. Dn. Decani
Betteij, ~~Recessor~~ in hac Ecclesia, inauguratus est.

Nob. ac Rever. D. David Constantius Dign. Lycei
Magistri, à professione Græca et Theolog. Catechetica
& propositionum correctionem admodus est, quo tempore
vir N. ac R. D. Bergierus Eclesia Lausanensis Pastor
Constitutus fuit.

Die 16 febr. 1702 Viri Rever. ac Clariss. Dn.
Albertus Hea: S. S. Theol. Professor, inauguratus
est.

Die 8 Maii 1702 Vir Nobil. ac Doctiss. Dn.
Georgius Polerius, L. L. Græc. et Hebr. Professor
renuntiab.

XXX. Sigismundus Steiguer, Lausanna
Profectus, huc accessit. A. 1702.

Die 3. Decembr. 1703 viri Clariss. et Rever. D. Constantius et D. Dapples inaugurati sunt,
ille quidem Theologia, hic vero ppria moralis et Lingua Græca, Professores, hic priori
Successor datus, ille vero D. Herko Berolinum vocato.

Die 18 Nov. ¹⁷⁰⁵ fato functus est vir Rever. ac Doctiss. D. Elias Merlatus S. S. Theol. prof.
ac abatis 72.

XXXI IOHANNES IACOBVS SINNER

Nobiliss. apud Venetios Equestri Ordine. S. Marii dicto a
Serenissimâ Republ. Venetâ ~~Magist. huc~~ ^{deputatus} Lausanna Profectus,
huc accessit: mense aprili A. 1707.

Institutâ a supremo Magistratu Juris et Historiarum Professione,
Primus huius Cathedra præficius Clar. Dñs Johannes
Barbeyraeus ex Berolensi Lyceio in quo humaniores litteras
profitebatur huc. evocatus et die 19. Martii 1711. in Auditorio
Theologico Præside Amplissimo Dno Præfecto hujus muneris
authore et promotore inauguratus fuit.

XXXII. ANTONIUS HACBREC

prima die Decembris Anni 1713. solenni modo Praefecturae Lausannensis insignibus ornatus fuit: Viri militati laude clatus.

Die mensis anni 1714. Pastor Ecclesiae Lausannensis publicè renuntiatur est Dom. Lud. Casar Sauffhuris.

Die 29 Augusti anni 1718. Vir Nobilis. ac Consultiss. Dn. Carolus Wilhelmus Lods Despochat, J. L. Juris, ac Histor. Professor inauguratus fuit: Ampliss. Dn. Dr. Antonio Hacbrecht Praefecto. & D. Constantio Theol. Professore & p. t. Rectoris. in locum Doctif. M^{ri} Joh. Barbeyraci, Groningam vocati.

XXXIII. Emanuel Willading

ad Praefecturam Lausannensem sorte vocatus sub finem anni 1719. huc appulit.

die 7^a Julii anni 1721. Doctissimus vir abrahamus Puchat, antehac Potitensis Ecclesiae Pastor: in locum Reverendi et Clarif. M^{ri} Joh. Betri Clerici, Eloquentiae Professoris et Gymnasiarcho mensis Aprilis praeterito fato functi successus est. et 21^a ejusdem mensis inauguratus.

XXXIV. Gabriel Gross Dominus in Prevelin, Reipub. Bernensis antea Cancellarius, Praefectura Lausannensi adnotus, initio Decemb. anno 1725.

Anno 1726. Dnus David Constantius, Theologiae Professor Senex venerandus annos natus iam 88. honorificam sui muneris dimissionem cum stipendij conservatione à Supremo Magistratu obtinuit: vitam deinde ad annum 95^{um} quietè produxit. fato functus die 27. Februarii a. 1733.

Eodem anno ¹⁷²⁶ successor datus est Doctif. Dnus Joh. Jac. Salchli, V. D. M. Zoginganus orator antehac Templi inferioris Berna. quod dicitur Nidek Diaconus. Pizae idem tempus postquam elapsam fuerat bioniam

integrum variationis, quod Praesentiss. Viro Dno Joh. Letho Desroussay antehac Philosophiae Professore, à Supremo Magistratu concessum fuerat, sed ea lege, ut ejus filius Doctif. Dnus Abrah. Desroussay V. D. M. ejus vice, in Auditorio Philosophico obiret; voluit Ampliss. Magistratus Academia Lausannens. de alio Elyptice Professore prospicere: Habita igitur Berna, ejus negotij gratia, solenni Disputatione, electus est Doctif. Dnus Fredericus De Treytonens. Cuiusmodi, haec enim Elyptice des Croisset, Pastor; & ipse & Dnus Salchli, uno die. simul inaugurati sunt, qui fuit 20^{ma} Novemb. 1726.

† Groningam ad Philosophicam Professionem evocato.

† Anno 1727. sua cura & provida ampliss. Dni Praefecti Gross conditi sunt formae hibernae in Auditorio, Theologiae & Eloquentiae, item in sex Classibus, ut et Studiosi & Scholastici Magistrorum institutione, sine incommodo, hibernis tempestatibus audire possent.

† Eodem anno 1726. Nob. & Doctif. Dno Casari Desroussay antehac Ecclesiae Lausannensis Pastori in primo ordine, ad Ecclesiam pagi Loney ablegato successor datus est Nob. & Doctif. Dnus Abraham Desroussay, iam supra designatus. electus Decem. die 9 Decemb. & inauguratus, more Majorum, die 15. ejusdem mensis.

XXXV. Carolus Hackbret, Superioris Antonii frater, & in exercitu Sabaudiae Lucis Chiliarchus, & Locum-tenens Generalis, Praefectura Lausannensis inauguratus est in eunte Decembri, anni 1731.

Anno 1733. tres insignes mutationes rerumque vicis paga et Academia: Namque mortuo, Aprilis die prima, Dno Alberto Roi Theologiae Professore, successus est Abr. Puchat antehac Eloquentiae Professor; electus die 3^a Julii.

Eloquentiae vicio Professionem, sine ulla Disputatione, obtinuit Dnus Jac. Philibertus Clerc, V. D. M. Ecclesiae de Lucens Diaconus.

Diaconus, supra designatus Dni Joh. Petri Clerici, primi Etogotia.
Professus, filius, electus Berna die 13. Julii.

Ambo simul in Aula Collegij à Dno Praefecto inaugurati
sunt die 27. Augusti. 1733.

Interea è vivis sublatus est die 16. Augusti Rev. et dot.
Dnus Joh. Petrus Daples, Doctor Medicus, Lingua Graeca et
Aethiops Professor annum agens 78.

Ei successit ejus filius Doctus Dnus Joh. Franciscus Daples,
V. D. M. & Ecclesiae Dei Praefectus Pastor, electus Berna
mense Februario & inauguratus die 10. Martij, anno 1734

Et cum post breve Professionis curriculum mense Februario
eiusdem anni 1734. extinctus esset Dnus J. Philibertus Clerus,
ei successit Nob. & Doctus Dnus Joh. Rodolphus Darnoy, Civis
Lausannensis, & in Majori Dulsatione Virum ordine positus.

Inauguratus die 19. Augusti.

Anno 1736. initio Februarii vivere desit Plus Reverendus Dnus
Gabriel Bergier, primarius Ecclesiae Pastor, & Ven. Capit.
Solanus. Ei successit Broth. Dnus Benjamin Royet de
Rocheport, V. D. M. antea dicitur Diaconus, & V. Capit.
Decanus, inauguratus Martij die 11. Martij 1736.

XXXVI **Successit** Philippus Mageran
praefectus Lausannensis creatus ¹⁷³⁷ ~~annus 1737~~

Consultissimus DeLoys a Bochat ab Ampl. et
Supremo Magistratu vice praefectus aut suf-
fectus constitus, sicq; vacantem reliquit Cathedram
Juridicam, ad quam electus fuit Berna
mense Februario 1741 Eruditissimus Bethu, Philippus

Vicarij J. V. D. Inauguratus 22. Martij ejusdem
anni
20. 1743 31. Maij L. O. Prof. Honor. nec non Vicarius Cath.
Hebr. & Cath. Cetusy Acad. adessor a Supremo Magistratu
Designatus, Die Junij publicè inauguratus est, Rever.
Dnus Johannes Alphonsus Rosset V. D. M. Lausan.

XXXVII. Joannes Fridericus Rybiner
Die V. Nov. an. M. DCC. XLII. Praefectus
Lausannensis insignia accepit.

Postquam Vir Rev. Cel. Jo. Jac. Salchlinus
Bernensi Academia Theologus acceveris
primarius, Theologicam Lausanna
vacantem cathedram obtinuit Vir
Rev. Cel. Jo. Alphonsus Rosset, honorarius
antehac linguarum orientalium
professor, inauguratus sollempniter
die III. April. M. DCC. XLVIII.

XXXVIII. Samuel Mutach Reip: Bern.
antea Cancellar. Praefectus Lausannensis
inauguratus est 29. Nov. a. M. DCC. XLIX.
22. Febr. Anni 1750, Vir magni nominis, M.
Joh. Petr. De Crousaz, Ser. Hallia Principio
Ex-gubernator; Reg: Scient. Acad. Paris. &
Burdal. membrum dignissimum; ab anno
1738, in Acad. Lausannensi iterum Professor
Philos. p. o. Celeb. qui omni cum honore
a. proximè elapsò, cum stipendii consecuti-
one à Supremo Magistratu emeritus re-
nunciatus fuerat, pte denatus est, Anno vite
87. Laboremq; suorum Academ: 50.
Ei subrogatus est, primum ut suffrag. mox ut
Successor in Cath: philos: Vir Clariss: Doctus:
Josephus, Francis. De Mollin De Montagny
haecenus, Eccl: Mont et Romanel Past. et Philos:
Prof. Honorarius: Publicè inauguratus est, die
16. Junij a. 1750. Eodem

Eodem anno ad finem vergente, (29^a Julii 1750)
Subita morte nobis occubuit placide in D^{no}.
Vir longè Celeb. Ornus Abrahamus Yuchat
S^r Theologiae Profess. primarius. Hic
suffectus, in Cathed. Theol. Elucht. Vir
Rever. Doctus. Johan: Petr. Secretan
Ecles. Dailens & antebas Pastor. Electus
die 8^a Martis, Inauguratus vero 21^a Maij 1751.

Hyacinthus Bernal De Quiros Hispanus
Historiae Ecclesiasticae professor die 13^a Ferris
Julii an. M. DCCII extra ordinem renun-
ciatus, id munus die 7^a Septembris
solemniter auspicatus est.

Joannes ^{Jo. G.} Jacobi filius Salchlinus, qui
die Martii VI^a ann. 1751. futurus Georgii
Polerii in Hebraica et Catechetica
Cathedra successor erat designatus,
idem die 26^a Aprilis an. 1755 in
professorium ordinem relatus,
ejusdemque Viri vicarius factus,
hoc vicarium munus sollemni
oratione est auspicatus die hujusdem
anni Septembr. 15^a

Anno vero superiore 1754. mense februar. fato erat
Junctus Rev. Vir Benjaminus Doret Eccles. lausan. primarius
Pastor et V. Classis olim Decanus, cujus in locum suffectus
fuit die Aprilis 9^a Anton. Noacy Polerius De Bottens. V. D. M.

XXXIX ALBERTVS TSCHARNER PRAEF.
Susces accepit die 26. Novemb.
an. M. DCC. LV.

Daniel Civillard Eccles. Lausan.
è Pastoribus, Historia politica
professor extra ordinem renunciatus,
hanc spartam ingressus est sollemnit
die 24. April. an. 1758.

Die 8^a Novembr. eodem anno 1738. diem
obit supremum Hyacinthus Bernal De
Quiros cujus vacantem tenuem hereditatem
habuit jure incluta Berna nutrix, libri
ab ipso relictis Bibliothecam academiae
auspic.

Eodem anno die 6^a maii Ludovicus Triderii
filius De Traytorém, V. D. M. Matheseos
et physicae experimentalis professor
extra ordinem factus ordinique Academico
adlectus fuerat, et die 13^a Julij publice
inauguratus.

D. Martis 23^a 8bris 1759. Obit Georg. Polier
Lausann. Vener. Senex V. D. M. Lingua Hebr.
et Cateches. per LVII. et ultra ann. 100. Eius suffectus
eod. mense Joann. Salchli Lausann. V. D. M. iam
Eius A 1751. Successor designatus.

D. Jovis 4. xbris 1760. Obiit Joseph: Franc. De Mollen
De Montagni Lausann. V. D. M. Phil. P. P.

D. 23^a Januar: 1761. Obiit Joann. Petrus Secretan
Lausann. V. D. M. Thgia Elenctica P. P.

D. 27^a April: 1761. Ludov. De Traytorrens Ebrodun.
V. D. M. Phil. P. P. creatus. Math: et Phys: antea P. Exm

D. 15^a Junii 1761. Francisc. Ludov. De Bons Lausann.
V. D. M. Thgia Elencti. P. P. creatus. d. 13^a 4^{br}: inau-
guratus, antea Gall: Eccl: Lond. ^{inapsi} Pastor.

XL DAVID JENNER Praefecturam
Lausannensem ingressus, inauguratus
est Kalend. Decembr: an. 1763.

Die 30^a Augusti 1764. publice renuncia-
tus ex Juri Consuetudinari: professor ex-
traordinem creatus 13^a April: ordini Academico
sine suffragii jura adjectus, Marcus Antonius
Porta, Dicasterii inferioris Consistoriique
apud Lausannensem adressor,

Anno sequente febre maligna correptus, quarto
die, nempe 27^a maii absumptus est Jo:
Rudolphus d'Arnai Eloquentis professor.

Dño ab ~~Arnai~~ substitutus est, in Cathed. Eloquentiae,
et Human. Litt. Rev: Domin. Daniel
Pavillard, ant hac Past. 2^{us} Lausannens.
Profess: Civ: hist: Honorarius. Electus die 9^a
xbris 1765. Inauguratus

Ann: 1766 die 25^a marti febre maligna quinto
die consumptus decessit Jo: Alphonsus Nozier
S. S. Theol. prof. tunc temporis Acad. Rector 11

f. d. Jul. 1765 obiit Abr. De Grossa Eulep Lauf. Past. primar.
Cujus in locum successit Jo. Barr. Serasche dia. 6^{bris} inaug. d.

D. 14. Jul. 1765. in ordinem Acad. velutus est Jo. Anton.
Besson Lauf. Ecclaf. Archidiacon.

Ejusdem anni die Aprilis 4^a inauguratus est praedictus
Dn. Pavillard.

1766. Die vero ejusdem mensis Aprilis sollemniter
ordini academico accrevit oratione habita
inaugurali de Literatorum valetudine. S. H. D.
Tissot Medicus D. qui ejusdem anni
professor extraordinem creatus die
30^a Januarii.

1766. Augusti 28^o die, anni 1766 institutus est Alexander Casar
vivipensis Theologiae Elenctica Professor, antea Eccl:
Al. Cas. Sive Galliae Basileensis Pastor, qui inauguratus fuit die
Chavannes 28^o 9^{bris}, oratione habita de necessitate Exegeos ad
studium Theologiae.

Aprilis 11^o die 1769. Jus Suffragii in Coeta Academico a Su-
premo Magistratu concessum Marco Antonio Porta qui
jam Ven. Coetae aditus fuerat an. 1764. idque ex in gra-
tiam officiorum ab eo praestitorum, etque de Republ. Gene-
merito adhibitum.

XLI. Ludovicus Vincentius Tscharnes Praefecturae
Lausannensis insignia suscepit, et inauguratus
fuit, die 30 Novemb. 1769.

Die 25^a Sept. 1770. Obiit Beatus Philippus Vicat, J. U. Doctor
et Professor Pub.

Cui successus est, die 31. Januar. 1771. abrah. Daniel de Clavel
de Brenles sollemniter inauguratus die 22 Mart. 1771. qui
Obiit d. 9^{bris} ejusdem anni
die 5. Mart. 1772. Obiit Joh. Franciscus D'Apples, lingua
Graecae et Ethic. Prof. Pub.

Die 1 Julii ani 1772 Christianus Dopples Danieli
de Brenles à S. M. successus publicè inauguratus
fuit juris Professor.

Die 28 April: ani 1773 Francis: Ludov: Alamaud
V. D. Minister Ecclesiaeque Pastor Reverendis:
a S. M. loco Joh: Francis: Dopples lingua Graeca
et Ethica 2^o Professor Electus, Idem iter
inauguratus fuit.

1775

XLII. Beat-Louis - Nicolas JENNET Professor

Die Novembri

Lausannensem auspiciatus est, inaugurante Viro amplissimo Dno Bernard De Muralt Tribuno, cum Vir Amplissimus Dn. J. A. Dajelhoffe Quosq. hoc die, mune propter non satis integram Valentiam fungi non poterit.

M: Philippus Dutoit civis Lausannensis Professionem Humaniorum Litterarum auspiciatus est, Solemniter inauguratus, Suffrag. autem Danieli Pavillard, 7^a die februarii defuncto.

Joh. Samuel François civis Lausann. ex CC. viris, a Supremo Magistratu designatus Professor extraordinarius Physices experimentalis 17^a Dec. an. 1776, solemniter inauguratus fuit 25 Nov. an. 1778.

Obiit M. Antonius Porta Professor extraordinarius.

XLIII.

1781 Novemb.

Beatus Albertus Fscharner Prefecturam Lausannensem auspiciatus est, inaugurante viro Amplissimo D^o Car. Ludov. Ougspourguer Senatore hac provinciâ ornato propter valetudinem infirmam amplissimi Di De Dressbach Quastoris.

Obiit Antonius Noachus Polier a Botten Pastor Ecclesie Lausann. & Decanus.

Cui successus est Johannes Antonius Professor antea Archidiaconus et in ordinem academicum relatus.

Quo mox e vivis crepto Et successus est Emanuel Ludov. Chavanne Vividensis, paulo antea creatus Archidiaconus.

Aug.
Oct.
E. L. Chavannes.

1784.
16 Febr.
Struve.

Ordini Academico sed sine sessione et iure suffragii, ad honorem adlectus est Henricus Struve Medicinae Doctor cum titulo Professoris Honorarii in Chemia.

3 April.

Obiit Franc. Lud. Allaman

6 Dec.

Eidem successus est Joh. Fr. Maillet Lucens. V. D. M. et antea per spatium 29 ann. Magisterio in collegio inferiori functus: solemniter inauguratus die 6^o Jan. 1785, obiit mense Sept. a. 1790.

1785

Ordini Accad. cum sessione et iure suffragii

15 Januar.

adlectus est Franc. Jac. Durand designatus Professor honorarius in Histor. Ecclesiastica.

20 Febr.

Obiit J. P. Leresche Pastor et Decanus ac p. t. Accademia Rector.

~~Obiit~~
S. Secretan.

Ei successus est Samuel Secretan Pastor Ecclesie S. Saphorini, mense Aprili.

1787. Nov.

Nobilissimus et amplissimus vir Gabriele Albertus Gabriel d'Erlach Baro Spies, profecturam

XLIV.

Lausannensem auspiciatus est inaugurante viro nobilissimo D^o Wolfgang de Gingins Senatore hac provinciâ ornato, a Supremo Magistratu.

1788

Joh. Samuel François civis Lausannensis ex CC. viris, antea hac Physices experientiae Professor extraordinarius, a Supremo Magistratu, ordinariam ejusdem scientia Professionem obtinuit.

François.

(Obiit 6 Nov. 1800)

Successus est Janeus Jacob Durand Gallophelus Lausannensis civis V. D. M. Minister.

Durand.

antehac Histor. Ecclesiastica Professor Extraordinarius, a Supremo Magistratu ordinariam Historiam et statistice Professionem obtinuit.

1777.
M. Frid. Conod.

Moses Frieder. Conod, Civis Lausannensis
Nepotensis, (des Cees) filius Joh. Hen. Conod, (qui
suo tempore Pastor Ecclesiae pagi Pomy, ibidem
obiit, mense Martio an. 1776,) Accessit in
Professione Litterarum Graecarum, Sacramentum
Humaniorum in Academ. Lausannensi
viro docto Joh. Fr. Baillif, Luceni, atque
a Senatu Bernensi selectus mense febr.
an. 1791. inauguralem Orationem habuit
6^{to} Majas ejusdem anni, de Utilitate
Litterarum Graecarum, earumque studio
bene instituendo.

Sup. a Buren Professor, quatuor annos tantum profuit.
Defuncto Lud. De Traitorrea, Philosophiae
Professore, ei successit, est a Senatu Bernensi,
Speciminibus Berna pro more et rite habitis,
H. David Secretan civis Lausannensis, filius
H. Ab. Secretan Tribuni (Banneret) Lausannensis.
34 annos natus, tunc subdiaconus in Ecclesia
hujus urbis, electus mense Augusti 9^o Calendarum
7^{bi} orationem habuit, cum munus auspiciaretur
inaugurante Profecto amplissimo Lud. De Buren
die 7^o Idus Novembri, De pravitate vera Philo-
sophiae dixit.

1797.
M. Leresche.

Defuncto viro celeberr. Franc. Lud. De Bonn
Theologiae practicae Professore,
nomen Julio, ei successit in Theologiae
practicae professione in Academia
Lausannensi Joh. Alexander Guill.
Leresche civis Lausann. H. D. Minister,
a Senatu Bernensi electus, die 18^o
mensis Decembris anni 1797.

1800 -
Richard.

Defuncto Em. Lud.
Chastannes plurim.
venerando Pastore Laus.
huic successit vener.
Friedrich Dagnion
a quo vid. sub anno
(1807.)

1801.
H. Struve.

Obiit. Alexander Caesar Barannes
Theologiae theoreticae Professor
cui successit est Franc. Ferdin. Gabriel
Richard Brodunensis, (antea Eulysia
Lausannensis Diaconus.) a Summo Republicae
Helveticae Senatu 11^o 8^{bris} re electus; & 2^a X^{bris}
solemniter inauguratus.

Henricus Struvius Civis Lausannensis
ante hac a 16^{to} Februarii anni 1784
Chemicae Professor cum sessione in
solemnibus caeremoniis, obtinuit mense
Aprilis anni 1796 sessionem et jus
suffragii et mense Januario anni
1801 ordinariam Physicae Professionem
in locum Joh. Samuelis Francoisi

1798.
Em. Deseley.

Em. Deseley Brodunensis, inde ab anno
1791 ad annum 1794 Professoris De Tray-
torrent Vicarius, mense Aprilis anni
1798, mathematicos Professor renunciatus
est.

1802.
H. Carrard.

Defuncto viro eruditissimo Christiano D'Hyppes
Henricus Carrard Urbigenensis, Juris utrius-
que Doctor, tunc Pagi Veldensis Vice Praefectus
die Sexta Aprilis, Professor Juris Natu-
ralis et civilis, electus, Oratione de Legum
Civilium interpretatione habita, eodem
mense publice inauguratus est.



1808

Defuncto ^{uni} viro eruditissimo Joh. Salchli lingue hebraicae et cateche-
 = seos professori, novam normam,
 legesque novas obtinuit cathedra
 quam Reverend. Salchli maritus
 vacuam reliquerat. Dicta fuit
Chaire pour l'interprétation des livres
Sacres; Versatus in sacris Scriptu-
 ris interpretandis, Abstrahendis, emen-
 dandis, sub quo disciplinarum
 generum lingua hebraica, Antiquita-
 tes Judaicae, res mosaicae, Linguae
 vernaculae lingua, nec non critica-
 Ermenaeutica Therapeutica continentur
 hincque positionem post dispo-
 sitionem de Propheta vulgarum,
 et alia Specimina publica utique
 hinc, in habeantur Baidel
 alios Baidori, notam in vice
 Regium univ. Musum. an. 1759;
 Civem Madiensem, vestri divini
 ministrum, per quinquaginta annos
 de Götting. Basileensis pastorem

postea per duos menses, ecclesiarum
 Cosmici et Leptoi. Diaconum. vicarij.
 consiliarium. (Membre du grand Conseil
 du Canton de Vaud) Senatus Musum-
 pialis Valdensis (le petit conseil
 du Canton de Vaud). De salute con-
 tulit; Nat. ips. Decemb. An. 1808.

1809
L. Bridel

Publice inauguratus fuit hinc
Bridelius, die 7. Nat. Febr. an. 1809
 ab honoratissimo, excellentissimo
 Aug. Pidou Senatus universitatis,
 Senatusque Madensis prae. de
 primario. Orationis habita ma-
 teria, et titulus. Discours sur l'effica-
ce morale de la lecture des Livres
Sacres et sur le style de leurs
littères. Subjuncta hinc ha. orati-
 onis inauguratio. (absit inveni-
 bits, et typis impressa Leusanne
 in officina Rigoloviani. 8.º. 1809.
 Eodem anno, ejusdem Professio apud
 eadem uni titulus est Trate de
l'ancien usage de Basile
est haec in arte typographica
est celeberrima.

1810. Ferd.° Gabriele Richard Ebrodunense, Theol^a Theoret &
Levade. Professore defuncto die quinta^{Dec.} anni 1809 - Successit
trigesima die Junii mensis anni 1810 Joh. David Paulus Stephanus
Levade Lausannensis, publici inauguratus ab honoratissimo
aug^o Pidou Senatus Acad^o Præsida, oratione habitâ cujus
materia fuit.

La science de la Théologie a-t-elle fait quelque progrès
dans le dernier siècle, et si elle en a fait, en quoi consistant-il.

1810. Frederico Mangat Genevensi cathedram Gallicarum
Marindin. litterarum abdicanti, successit Timotheus Marindin
Viviac^o. Speciminibus pro more habitis publici^o admittus fuit
quinta die mensis Novemb^o anni 1810 ab Augusto Pidou
honoratissimo Academiæ Senatus Præsida - orationem
Gallicæ habuit de hac materia:

Des belles lettres considérées dans leurs rapports
avec ceux qui les cultivent, et l'état qui les pro-
tège.


1811.

Car. Secretan.

Inter novas cathedras a lege Maii 1806
in Academia Lausannensi introductas,
adnumeranda est altera Juris professio,

que in annotatione procedente perperam
omittitur. Senatus supremus statuit postea
Professorem tunc existentem, Jus naturale
et Gentium nec non Processum civilem et
Criminalem, novum vero Professorem
Jus civile Romanorum ac Jus consuetudi-
narium Legi Valdensis Docturos esse. —


Absolutis tantummodo lege requisitis, editaque
dissertatione gallica scripta, de la formation
de la morale, hanc Juris civilis cathedram
obtinet Carolus Secretan Lausannensis,
Juris utriusque Doctor et mense Maii anni
1811, habitâ oratione publica inauguratus
est. —



1815.

J. P. L. Ricou Johannes Petrus Ludovicus Ricou
Grilliænsis. natus anno 1755. manu
impositionis in Academia Saupharrensi
donatus anno 1777. Pastor Ecclesie
Galliæe Graniænsis ab anno 1788
ad annum 1799. electus Diaconus
in Ecclesia Saupharrensi anno 1800,
Archidiaconus anno 1809, et
tandem Pastor anno 1815. ideo
in Academia Saupharrensi ab eodem
anno.

Suffectus est ornatissimus, claris-
simus Ricou, reverendissimo Sam.
Secretan, qui, egregiis præditus
virtutibus, magister omnes ac solli-
citor morte sua fecit.



1816.

Car. Monnard Vita premature defuncto
Timotheo Marindin, Gallicarum
litterarum professore publico,
ordinario, in ejus locum suffectus
est Franciscus Ludovicus Carolus
Monnard ex Daillens, V. D. M.
natus Bernæ die XVI Kal. Febr.
anno A. S. MDCCXC.

Post testamenta lege præ-
scripta, dissertationemque typis
gallicè editam ac publice coram
senatu academico, promovere, defen-
sam, cujus thema fuit: De la
décadence du goût, huic Monnard
senatus supremus die XI Kal. Dec.
anni R. S. MDCCCXVI, Gallicarum
litterarum professionem publicam
detulit. Inauguratus est, solemni
die IV Idus Jan. anni sequentis, et
vino multis nominibus insigni
A. Pidou, senatus academici præside,
orationem inauguratam gallicè habuit.
De la littérature dans ses rapports avec le bonheur.

1817.

And. Gindroz.

Eruditissimus D. Secretari, qui phi-
 losophiam in Lausannensi Academia
 palam proferebatur, ecclesia qua Vivisii est
 curam cum suscepisset, ego J. D. Andreas
Gindroz, civis Lausannensis, V. D. M.
 die 30. Decembris anni salutaris MDCCLXXXVII.
 natus, patre in Academico gymnasio Doctore
 laureo, felicet prima classis doctore, ad
 vacantem philosophiae cathedram, solitis
 doctrinae specimenibus exhibitis, ac disserta-
 tione cujus thema Des principales opinions
sur l'origine des idées, praescriptione fuerit,
 in lucem edita atque typis mandata, a Respu-
 blica Senatu, die 3. Junii anni MDCCCXVII.
 vocatus sum.

Die 3. Novembris ejusdem anni, munus
 meum publice oratione, coram Honorabilissimo
 A. Pedou uno e triumviris (Lausannensi)
 Valdensis praesi, Academici senatus praeside,
 curam ceteri Academici, ac multis utriusque
 sexus aliis adstantibus, fœderatim amun-
 tibus, iurejurando in verba legis adstrictus

1820.

+ Henr. Carrard
7^o Maji 1820

fui, in lingua latina et gallica lingua orationem,
 cujus materia: De la philosophie considérée dans
ses rapports avec le fondement et l'imagination,
 habui. _____ Quod Deus bene vertat!

Henricus Carrard, Juris Naturae et gentium
 nec non Doctus Professor, obiit anno aetatis
 quinquagesimo tertio. Hic vir ingenio, patriae
 amore, virtutibusque praestantissimus, morbo
 vehemente, nobis ereptus est, quo tempore,
 tum peraeque aetatem, tum corporis robur, diuturna
 epimachia officia ab eo expectare licebat.
 Ut Judicium Lausannensium Praeses et Vir consi-
 liarius Legi Valdensis promeruit gratitudinem
 civium, quorum universalis luctus optimum
 animi ejus mansueti atque officiosi documentum
 fuit. Nuncum adhuc habet successorem in
 Academia, die proxima Novembris 1821.

1820.

Dan. A. Chavañes.

Lege, die 11. Maii 1818 promulgata,
Senatui Executori Fagi Waldensii
facultatem tribuente, honorarios Profes-
sores eligendi, ex Viris qui studium
cuiusque scientiae navantes illud vel
operibus editis, vel praedicationibus, satis
probaverunt..... Dan. Alex. Chavañes
^{civis Uzvegensis}
die 21 Julii 1765 natus, Verbi Divini
Minister, Vir Consilianus Fagi Waldensis
et civitatis Lausannae, Senatus Academici
membrum, Vices gerens Praesidis
Collegii cui cura detentorum publicae
custodiae et agrotorum in Hospitio
Fagi committitur, decreto Senatus
Executivis, die 18 Octob: 1820, Honora-
rius Professor, illius scientiarum
naturalium partis quae Zoologiam
amplectitur, designatus est.

Tam ab anno 1814, ad curas Academi-
cos instituendos in Museo privato, quod
sumptibus suis creavit et in quo Spe-
cimina numerosa omnium generum
animalis classium collegit, vocatus
fuerat.

In titulo tam honorifico multo potius
videt exemplum, ceteris frequentibus
additum, tutamenis a Senatu Supra-
mo Fagi Waldensii dati omnibus
ramis qui scientiarum arborem
in Academia Lausannensi promittere
possunt, quam mercedem laborum
debilitatem quorum graviter sentit.

1820.

J. Gaudin.

Eadem lege ac A. Chavañes, etsi
sane non paribus meritis, a strictiori
Consilio felicissimae nostrae republicae
Vaudensis, Joh. Gaudin, primum ecclesiae
Nevidunensis pastor, deinde in vico Jurano
Longirod sancto ministerio functus, nunc
autem Dei S. O. M. gratia, in ecclesia
patria Nevidunensi redire et pastor primaz-
rius, ob studium assiduum quo rei herbariae
per multos annos incubuit et propter quosdam
libellos ad hanc scientiam spectantes,
quos per typos prelaque publici juris fecit,
professor botanices honorarius electus et
inchoatae Academiae Lausannensi simulque
Consilio academico consociatus est. Hocce
autem electionis decretum ad ^{Novembrii} XVII. Kal. anni
redemptionis per Christum M. DCC. XXI. summo
Fagi Vaudensis Senatus edidit.



1821.

Defuncto viro, egregiis dotibus ornato, Joh. Lud.

Caes. Dufournet

Bridel, Theologiae Criticae, qua in Interpretandis

SS. Litteris versatur, Professore, in ejus locum

suffectus est, Caesar Dufournet ex Fomprens et

Mézery, Lausannae natus die 20^o Aprilis A.N.S.H.

MDCCXC. V. D. M., tunc temporis Aurimontano

Superiori in Coetu Pastor.

exhibitis Doctrinae Speciminibus, lege praescriptis,

edita, typisque eisdem dissertatione cujus fuit

thema; Quelle est l'importance de l'étude des langues

saintes et quelles sont les autres langues anciennes

qui peuvent faciliter une connaissance plus développée

de la langue Hébraïque?, huiusmodi Dufournet hoc

munus contulit, scriptor fenerator pagi Valdensis,

d. 15^o M. Augusti A.N.S.H. MDCCCXXI.

Die prima Novembrii ejusdem anni, munus publicae

docendi suscipit, coram Honoratissimo J. Muret

uno e triumviris, Senatus Academiae Praeside, oratio-

nam inauguralem habuit, titulum praeserentem

De l'Unité de Dieu dans le Corps de la Révélation

1823

Sege edita 14 die Maii 1822 ad promo-

Joh. Jac. Porchat

venda jurisprudentiae Studia in Aca-

demia Lausannensi, tertio juris

cathedra instituta fuit, & summi

Senatus beneficio legum Romanarum

& criminalium antecessor speiculis

creatus. Huic muneri obviando licet

juventute & exiguis dotibus impar

esset, tamen solitis doctrinae speci-

minibus exhibitis & dissertatione de

haec quaestione, Quels furent les change-

ments opérés par Théodose le Jeune

dans la Jurisprudence Romaine, prolo-

mandata, Juris Romani & criminalis

titulis & muneris in me Joh. Jac.

Porchat ex Muro le Grand & cumdem,

Creta in vico prope Genavam die 20

Maii 1800 natus, à praesentissimo

viro summoque pagi Valdensis

magistratu Jul. Muret die 3 Octob.

1823 collato sunt.

1824.

Franc. Hans.
Pidou

Doctrinā, & virtutibusque praecellentissimo H. Carran Juris naturae, nec non processus tum civilis, tum criminalis antecessore, ut supra dictum est, ~~ante~~ die 7^{ma} Maii 1820 mortuo, Dominus Comte de Gollia oriundus a Senatu republicae Juris naturae ad interim antecessor Creatus, ac per biennium hoc munere functus est. Sum, rerum politicarum causa, in Britanniam migravit & rursus vacua exstitit Juris naturae cathedra.

tandem, die 23^{ra} Novembris 1824, Franciscus - Henricus Pidou, civis Sausannensis, A. M., Juris quasi-doctor (Licentia in Droit), atque in Sausannensi Curia iudex novemviralis, die 13 Aprilis 1799 natus, patre, dum vivebat, reipublicae Vaudensis magistratu Supremo (Landammann), solitis docturae specimenibus exhibitis, editaque dissertatione, cuius proscriptum fuerat thema: Le Droit Naturel présente-t-il quelques principes sur la procédure; & dans le cas affirmatif, quels sont ces principes?, Juris naturalis, nec non juris publici Helvetiae a reipublicae Vaudensis Senatu professor

electus est.

Die autem 29 Decembris ejusdem anni, Coram Honoratissimo Senatore L. Secretan, orationem inauguralem habuit, sur la nature & l'objet du cours de droit public de la Suisse & sur les effets qu'on peut en espérer.

NB Jam idem S. H. Pidou, post D. Comte excessum, Juris naturalis professione per annum functus erat, cum munero titulo doctoratus fuit.

1827

Sam. Mercanton

Quum Sien. Supremum obisset meiste
 Decembri 1826, vir doctissimus, haud uno
 nomine indignis, A. Henricus Struivius,
 Chemiae Mineralogicae professor, haec
 munus delatum est, Samueli Mercanton
 ex pago dicto Riez oriundo, civi Sustriciensi,
 Nivisici, d. 29 Junii 1794, ^{facto} Scholae no. du. Pexviki 775
 ut et hujus quae apud Freybergenses extat,
 alumnus, in cathedra Struiviana, per septem
 annos tandem Vicario.

Soliti doctrinae Speciminibus exhibitis, adhaec
 Dissertationes cujus fuit thema: Theorie de la
Combustion, coetus Academico adscriptas et,
 ut professor publicus Ordinarius, Senatus
 Sagi. Valdensis Decreto, d. 23. Augusti
 1827 dato.

Die 4. Januarii 1828, oratione honora-
 rifico Senatore J. Muret Pontonem
 inauguralem habuit: Sur les avantages
de la Chimie.

1827

L. Rodieux

Mon prédécesseur m. le professeur M. F. Conod étant
 mort au commencement de 1826, la chaire de grec fut
 vacante pendant près de deux ans, à cause des
 changemens qu'on se proposoit d'apporter à l'enseignement
 du grec dans l'Académie. Il fut décidé que l'enseignement
 de la littérature grecque profane seroit séparé
 d'avec le cours d'interprétation du nouveau Testam.
 Un professeur de théologie fut chargé de ce dernier
 cours. Un concours pour l'enseignement de la
 littérature grecque profane ayeut été ~~ouvert~~
 en 1827, je me presentai pour subir les
 épreuves ordinaires et je fus nommé le 20
 Decembre de la même année à l'age de 25 ans.
 Le sujet de dissertation qui me tomba en partage
 fut celui-ci: Quels sont les caracteres distinctifs
de la langue grecque et en quoi consiste sa
preeminence?

Né à Rossinière dans les Alpes vaudoises, j'avois
 été introduit dans la carrière de letude par le
 respectable pasteur de ce village, m. Herchoz. Apres
 avoir passé quelques années dans l'Académie de Lausanne
 je fis un assez long séjour dans le célèbre

institut de m^r de Fellenberg à Hofwyl i je fis
d'autres sejours à Florence, à Rome, à Naples
et à l'université de Munich où j'étudiai la
langue grecque sous la direction du professeur
Thiersch.

Etant le premier professeur de grec à l'academie
de Lausanne qui ait complètement banni
l'usage du latin, dans l'enseignement du grec,
j'ai cru devoir aussi écrire ces lignes en
françois, au risque de passer auprès de la
posterité pour avoir ignoré la langue des
Romains.

1832.

Ph. L. Bridel

Pid. Kal. Mart. a. C1D12CCCXXXII.

Multis ille bonis flebilis occidit vigilantissimus
Pastor, faundissimusque Ecclesiastus Lud. Curtat
Pernianus hujus Urbis Pastor, in ejusque locum successit
quavis omnibus modis impar Philippus Ludovicus
Bridel. (Professus de quo supra ex fratre nepos)
Civis Maminuncupis, Genesae natus, et litterarum
ac Philosophiae libenter institutus. Lausannae
haec ipsa in Academia Theologicae studii incubuit.

ac manuum impositione Donatus anno 1811. Trivispi
decem annos XII degit hujus Urbis Scholae Gymnasiana
Lausannae Verum a Summis Magistratibus acutus est
pro Do. Profes. Dutoit Letterarum Latinarum, in hac Academia
advocet. Diaconus Eccles. Laupann.actus mensis VII^{bris}
1831, mensis Aprilis seq. Scil. 1832, Primarius in eadem
Ecclesia Pastori munus obtinuit itaq. pro lege ac more
in Costis Academico locum adeptus est. Quod Deus opt. max. bene rest.

1832.

J. J. Porchat

Obiit hic vir eximius, Philippe Dutoit, quem omnes fere acerbissimus
qui nunc Professores in Academia Lausannensi supersumus! Obiit, low-
cessit quem per annos LVI, decentissima tenuerat. Qui vir ma-
jorennis, ex lege nostra civili quae nunc est, cum humaniorum litterarum
professionem auspicatur, senio, caecitate afflictus, cum decessit, erat.
At vero dotibus animi egregiis senectutis incommoda tolerare, minuire,
et tantum non penitus superare noverat. Cum memoriae mandasset
fidei scriptorum, quos diligebat, carmina, orationes, historias, is
interpretandis et juventuti studiose publice explicandis, jam caecus,
dixi sufficit. Quis non amaret huncce virum? Quis non veneratione bene-
volentissima prosequeretur? Sicut multa canities jam pridem capiti
superjaceret, semper juveniles lepores blanda temperatas gravitate
in illo reperires. Sic tibi terra levis, jucunde senex, cuius festam diem,
quasi jubilaeum quemdam, semi-saeculo professionis absoluto, anno
MDCCCXXV, professores pariter et studiosi laetantes egimus.
Haec fuerint olim quae jam pondere iniquo tumulus obruit! Nunc
ego, bis pro eodem judicantibus et Senatu Academico & Notem viris
Valdensium, professor in illius locum electus, non jam amplius
Romanorum leges sed litteras nostros discipulos docebo, nec de
jure sed de humanitate respondebo. Quae cum ita sint, liceat

versiculos addere quos incudi Quintilius aliquis fors an
addere jubebit.

Pisces, Themis valeat, cijus nunc sacra relinquo.

Haec, Dea, pace tua sint mihi dicta, precor!

Ante aras stabam, Romae cum jura volentem
me reteris curae Delius admonuit.

Hinc, ait, (heu vacuam!) Parnassi corripes sedem.

"Ille obiit; fati lex ea dura fuit."

"En subeas paz est; tu nunc ois alter ab illo;

"Inba tibi que olim plausit arta seni."

Haec Deus; at vereor ne Phoebi oracula fallant

Audentem Musas et nova signa sequi.

Aditis Divae; liceat mihi solvere funem,

Et tandem optato pandere vela mari!

Aura vocat; eosco restitit lumine caelum;

Et vela et remos candidus aptat Amor;

Gratia conscendit; fugio securus in altum;

Quoque ferunt fluctus hic lyra curva sonat.

Hinc te, Flacce, colam, te, Publi. Fistula blando

Sacros ad coctus flamine fausta vocat.

Hinc doctus redeam! Musarum dona juvenis

Fontibus a nostris, carmine culta, ferat!!

1833

Steven van Muy.

Den

Monsieur le Professeur Orchat
ayant été nommé en 1832 pro-
fesseur de littérature latine, la
chaire de Droit Romain et de Droit
Criminel qu'il occupait depuis
1823 se trouva vacante. Un con-
cours fut ouvert jus qu'au 31 Aout
1833, et Monsieur François Quisan
fut chargé provisoirement de l'en-
seignement de Droit Criminel.

Après avoir subi les épreuves prescri-
tes par le règlement, au nombre des-
quelles se trouva une dissertation
sur le principe fondamental de
la justice pénale, je fus nommé
Professeur le 18 Novembre 1833, et
installé le 13 Décembre par Monsieur
le Conseiller d'Etat Tarquet, alors Pré-
sident du Conseil Académique. Le
discours inaugural que je prononçai
à cette occasion traitait de l'utilité
de l'étude du Droit Romain et de ses caractères,
ainsi que son enseignement doit porter
dans notre Académie

Né à Louvain le 18 Mars 1811 et
élève dans le célèbre institut de
Monsieur de Fellenberg à Hofroye
j'avais commencé mes études de
Droit à l'Académie de Louvain

qui m'accorda le grade de docteur
en Droit, et je les avais continuées
à Heidelberg sous la direction de
Mefius les Professeurs Tribaut
et Mittermaier.

Un Arrêté du 24 Septembre 1829
ayant prescrit l'usage de la langue
française pour l'enseignement du
Droit Romain, j'ai cru devoir me
servir dans cette notice de la lan-
gue dans laquelle seule j'ai ensei-
gné.

1837.

Alexandre Vinet.

Né à Ouchy en 1797, l'année même où mon respectable
père entra en charge, j'ai passé la plus grande partie
de mes vingt premières années à Lausanne, où j'ai fait mes études
au collège et à l'Académie. En 1817, au moment où j'entraisi
dans la 2^e volée de théologie, je fus appelé à Bâle pour y en-
seigner la langue et la littérature françaises dans les établissements
d'instruction publique que le gouvernement de cet Etat venait de
instaurer. Je fus consacré au saint ministère à Lausanne en
1819. La même année je fus attaché à l'Université de Bâle comme
professeur extraordinaire de langue et de littérature françaises. Je
devis professeur ordinaire en 1835. Deux ans plus tard, en avril
1837, le Conseil d'Etat du Canton de Vaud voulut bien, sur la
proposition de l'Académie et du Conseil de l'Instruction publique,
m'appeler à occuper la chaire de théologie pratique, vacante par
la retraite de Monsieur le professeur Heresche, aujourd'hui pasteur
à Lutry. J'acceptai cette honorable vocation, et m'étant rendu à
Lausanne vers la fin de septembre, je fus, le 3 novembre suivant,
installé publiquement par Monsieur Jaquet, conseiller d'Etat, et
accueilli au nom de l'Académie par Monsieur le recteur Porchat.

TIT. I
LEGES ACADEMIÆ LAUSANÆSIS

Post visitationem factam anno MDCXXX

A. supremo Magistratu sancitæ,

QUARUM ARTICVLI

*Vel Scholæ & Academiæ restorationem
concernunt*

Vel restauratæ Conseruationem

*Et rursus alii scholam spectant in Superiorem
Alu inferiorem—*

ARTICVLI SCHOLÆ SVPERIOREM —

Concernentes

Circa Professionem Philosophicam—

Huius professionis præcipuus

*finis et scopus sit, Auditores suos solide in Logica
Ramea eiusq; usu nim Analysi et Genesi instituere, nec
illam deserere, usquedum Auditores suos tantos in illa, pro=
gressus fecisse, ut per se, ulterius progredi ac proficere possit.*

*Deinde, ad systema Phycum Martini, siue, alterius pro=
bati Authoris se, conserat, illudq; explicando percurrat.*

*Metaphysicam scientiam altiore et subtiliore quidem,
reliquis vero scientiis capessendis utilem imò neces=
sariam, pro ratione, captus suorum Auditorum, suo ordine
pertractet. /*

Logicam vero sequenti ordine doceat.

1. Auditores eius praecepta omnia fideliter memoriae teneant.
2. Ipse eorum omnium ac singulorum sensum ex ipsa met Logicæ Rami ore tenus Auditoribus tradat.
3. Vberiore omnium ac singulorum sensum præceptorum eamq; optimam et exactissimam explicationem ex & in ipsis probatis commentatoribus monstrat.
4. Præcipuas obiectiones et responsiones ore tenus etiam proponat et soluat, et simul etiam apud quos auctores illa omnia plenius examinentur et pertractentur indicet.
5. Omnia illa per crebras repetitiones ab auditoribus suis diligenter exigat.
6. Fundamento solido ita lecto tum ad *εὐκλῆω γινῆ* ad usum in Analysis ac Genesi sese accingat.
7. In usu initio facta ab analysis et imitatione axiomaticum simplicium et compositorum inde ad Enthymemata et syllogismos crypsibus involutos progrediat, ac tandem ad ipsam Methodum deveniat, atq; hac ratione progressus fiat ad Analysis et imitationem Epistolarum, Poematū Orationum Ciceronis, historiarum, tractatum & librorum integrorum. Disputationum deniq; exercitia secundum legem adhibeantur.
8. Qui deinceps orationes habituri sunt, ipsimet eas componant, non autem per alios eas componi curent.

II

Circa professionem Græcam—
 Professor Græcus, Græcam linguam ex præstantissimis ac selectissimis Authoribus Classicis, Orationibus & Poetis, Actis primo Apostolorum, cæteriq; Epistolis Apostolicis ad finem usq; N. T. Deinde præcipuis Patrum Orationibus, Nonno, item & Apollinario doceat, huiusq;

præcipue, finem et scopum sibi perpetuo præfixum ac propositum habeat, ut nimis græcam linguam pure et ex ipsis fontibus tradat.

In Analysis logica operosiore, Auditores suos nullo modo detineat, sed illam quantum fieri poterit simplicem ac succinctam lectionibus suis inspergat.

Exercitia græca in Genesi, modo in prosa, modo in ligata oratione, singulis 14 diebus præscribat, exigat & corrigat.

Disciplinas vò practicas quod attinet, eas ex systematibus sacris desumat, ut studiosi S. S. Theologiae consecrandi citius ad conciones practicas inde formandas præparent.

In quibus paulò quidem liberiores poterunt esse eius Analyses, sed tamen semper duabus hisce conditionibus alligatæ.

1. Ut ad leges logicæ Rameæ conformentur.
2. Ut magis per explicationem ac repetitionem, quam per proluxa dictata tradantur.

Exercitia Disputationum practicarum singulis 14 diebus habiant.

III

Circa professionem Hebræicam

Huius professionis *εργον* sit

1. Ipsam linguam Hebræam pure et ex ipsis fontibus sacris docere.
2. Grammatica præcepta ex Buxtorfii thesauro tradere, atq; explicare, usum vero ex psalterio Davidis, vel quolibet alio V. T. libro demonstrare.

3^o In textuali tractatione, et quae ad linguam spectant potissimum attendere. Theologica uero non nisi secundario, ac ueluti propeior attingere, et paucis expedire.

Omnes et singuli eius discipuli pro studiis suis hebraicis — saltem hos tres libros habere cogantur. Nempè Biblia Hebraica, Thesaurum Grammaticum et Lexicon Buxtorffii neculli — S. S. Theologiae studioso ullo horum sub priuationis et exactionis poena carere licitum esto.

Ad examinem Theologicum pro consequenda manu impatione, nullus neque ordinarius neque extraordinarius sive, noster sive, peregrinus deinceps admittitur, quin in lingua hebraea eos saltem progressus fecerit. ut:

- 1 Expedite legere, et pronuntiare
- 2 Declinare, ac coniugare.
- 3 Radices extrahere.
- 4 Denique, textum Hebraicum ex Palmis uel quolibet alio libro Biblico mediocriter saltem intelligere, ac explicare possit. Et quandiu in istis Professori non satisfecerit, tandiu ad reliqua ne admittatur.

IV

Circa Professionem Theologicam.

Professio Theologica ita coerceatur, ut die, Lunae & Martis systematis Theologici caput unum a discipulis prius recitatum didacticè, et Elencticè explicet, ita ut Theologiae studium intra anni spatium a promotione sua in auditorium Theologicum praescriptum Theologiae compendium addiscant, uel auditorio Theologico rursus excludantur et ad inferius collegium relegantur. Die, Jouis et Venere libri alicuius N. T. exegesis breuem & methodicam tradat.

Disputationes Theologicas alternatim cum Professore, habeat Hebraeo idq; iuxta seriem locorum in Systemate propositorum. Praesides disputationum respondeant secundum disputandi leges, ad Syllogismorum formam utantur terminis Theologicis ac distincti-

In schola receptis, nec permittant discipulis ut è cerebro proprio — conficta argumenta proponant.

Propositiones singulis Septimanis habeantur binæ.

Ad Sacrosanctum Ministerium nemo in posterum admittatur qui non integrum systematis Theologici librum primum memorice teneat et tollerabiliter eiusdem sensum reddere queat.

Sequuntur Articuli Circa

Docentes ac discentes, ac ipsum institutionis modum, in Inferiore Schola.

Nullus deinceps in Ludimoderatorem Scholae eligatur et assumatur qui uel Ministerii uel alterius alicuius Functionis publicae capax non sit et iuxta decretum Anni 1610^{mi} honesta semper eorum habeatur ratio, qui per aliquot annos in schola seruerint.

Forma institutionis executioni mandetur, prout ea legibus conueniens et iuuentati utilis est.

De Classibus

CLASSIS OCTAUA

- 1 In hac octaua Classe, pueri doceantur a Praeceptore orationem Dominicam et Symbolum Apostolicum.
- 2 Literas & Syllabas earumq; combinationem distinctè, ac clara uoce, pronuntiare, et quidem in rudimentis Gallico — latinis, ut ueluti gustum aliquem percipiant Grammaticae in sequentibus Classibus addiscendae.

CLASSIS SEPTIMA

- 1 Classis septima discipuli addiscant Catechismi Heidelbergensis partem primam quae est de miseria hominis, uerba institutionis Baptismi et Coenae Dominicae, relictis illis longioribus.

questionibus) et Decalogum.

2. Rudimenta Grammaticæ quoad Declinationes et conjugationes.

3. Literas pingere, tum latinas, tum Gallicas.

CLASSIS SEXTA

1. Ad primam Catechismi partem quã in Classe septima addidierunt, adiciant partem secundam.

2. Regulae communes et generaliore Grammaticæ ipsis proponantur.

3. Initium fiat in hac Classe compositionis thematum.

4. Loco primitiuorum addiscant aliquot paginas ianuae linguæ latinæ Comenii.

6. Vrus linguæ latinæ desumatur ex Colloquiis Corderii & Catone.

CLASSIS QUINTA

1. Catechismum addiscant usque ad locum de precatione.

2. Simul etiam Grammaticæ latinæ maximam partem, ut eam in quarta Classe bene absoluere possint.

3. In ianua linguæ latinæ pergant, ubi in Classe precedente subiterunt.

4. Analysis Grammaticæ instituat ex Colloquiis Corderii et Epistolis Ciceronis ad familiares, idq; hunc in modum, ut

1^o Distincte requirantur præcepta Etymologicæ et Syntaxeos a discipulis. 2^o Synonima, deriuata, Composita, Phrases, Gnomæ, Sententiæ absque tamen longioribus Commentariis. Qui examinandi modus etiam obseruabitur in Classibus superioribus.

5. Exercitia styli breuiora instituantur.

CLASSIS QUARTA

1. Repetitio partium Catechismi

in superioribus Classibus propositarum instituat & pars ultima de precatione adiciatur.

2. Item Grammaticæ latinæ.

3. Progressus fiat in ianua linguæ latinæ Comenii.

4. Musica hic fiat initium, cuius exercitium deinceps in Classibus superioribus continuandum.

5. Analysis Grammatica instituat in Terentio Christiano et ex officiis item Ciceronis.

6. In Genesi singulis septimanis bina habebunt exercitia styli, unum ex lingua vernacula in latinam, ex latina lingua in vernaculam alterum. Correctio thematum forma sequenti instituat, ut Præceptor.

1^o A singulis discipulis compositionem thematis petat ad cognoscendum an omnes præscriptum thema composuerit nec ne.

2. Vitia et errores clara et distincta uoce corrigat, ut ex discipulis quibus in sua compositione emendare queat.

3^o Discipuli compositionis duo habeant volumina, in primo habeatur Præceptoris correctio, in altero correcti thematis descriptio munda.

4^o Themata etiam publica per ipsos non autem per domesticos pedagogos domi corrigant.

7. Nota locutionis hic usum habeat.

CLASSIS TERTIA.

1. Repetatur Catechismus exactius quam antea factum.

